



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xvii. De obligatis ad ratiocinia ordinan. vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De oblig. ad rati. ordin. vel non. 23

mino suo canonicas (quas vocant) horas pfallere si nollet: ad cusatus apud episcopum ordinatorem degradator.

Hypodiaconatus sacer ordo habetur. eodem, *7. Miratur.*
cum de seruis ordinatis in seruitutem reuocandis quaeretur. cum diaconali gradu priuilegio gaudeto.

De famulis ecclesiae presbyteros & diaconos *3. De famulis.*
per parrochias, posteaquam manumissione statum recepserint libertatis, constituere liceto. Quod ipsis debitum, conlatumve erit, in personas extraneas ne transmittunt. Omnia ad ius ecclesiae, a qua manumissi sunt, post eorum obitum pertinent. hi, sicuti nec caeteri ecclesiae liberti, ecclesiam ne ad cusanto, aduersus eam ne testificantur. Ad id si adspirabunt: libertate & honoris gradu carento. Eum non dignitate naturae, sed temporis necessitate promeruisse putantur.

Qui tamen a parentibus suis ecclesiae seruis *6. Eo libentius.*
dominis coniuuentibus militiae clericali absolute traditi erunt, ad aliam ecclesiam transeundi licentiam habent. si autem eo tenore manumissio data erit, & ordini clericali erunt obligati, ut manumittenti ecclesiae in diuinis, quandiu vixerint, obsequiis famulatum impendant: ad aliam ecclesiam ne transferuntur.

De obligatis ad ratiocinia ordinan. vel non. Tit. 18.

Qui procuratores, actores, exequutores, seu *1. Ma-*
curatores pupillorum sunt, fuerunt, ni *gnus.*

De corp. vitiatis ordi. vel non.

si post deposita onera, & ratiocinia reddita act^o ipsorum in omnibus fuerint comprobati, & potulentur, honore ne munerantur. Ante negotiorum vel officiorum libertatem ne ordinantur.

De corpore vitiatis ordinandis vel non. Tit. 19.

*6. Expo-
sisti.*

Qui enormem defectum in corpore patitur, vt si altera manu mutilus erit, ad sacros ordines ne promouetur. Si quis, cum in abbatē promoueretur, id fraudulenter tacueſſit: cum promoueri ad sacros nequeat, ab abbatiae officio amouetur.

*2. Cum de
sua.*

Alioquin si quis electus vitiatum corpus habere dicitur: superior, qui de fratrum consilio quod exinde visum fuerit exequatur, committitur. Electo ex maxuma dispensatione ita prouisum esto. Quod canonici filius dicitur: pro eo in eius promotione ex dispensatione multa procedi mandatur.

*1. De pres-
bytero.*

Sed & cū presbytero, qui in duello à se sponte oblato & suscepto digiti partem amisit si non tantum amisit, quin sine scandalo solemniter celebrare possiet, episcopo, post peractam penitentiam, misericorditer agere, & vt in suo ministerio ordine, permittere liceto. tamen hic excelsus admodum grauis habetur.

*7. Tho-
mas.*

Multò fortiùs cui pollicis vngula casu adempta erit, si ad eucharistiam frangendam nihilominus in pollice potens erit, nec aliud obstabit canonicum, propter deformitatem huiusmodi ad sacros ordines promoueri ne impeditur.